Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26207
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Nota quod munus et auctor muneris eodem
dicitur nomine. Iterum in timore.
Q(ueritur) quomodo rationalibus loquens dicat: non
iterum accepistis. Non enim prius datus est spiritus
servitutis sicut videtur. Solutio. Ite-
rum non notat iterationem in eis de perso-
nis facta sed in diversis. Quod iudeis qui de-
datus est in legis datione spiritus servitutis
in timore. Iterum nobis datus est spiritus non
timoris sed adoptionis.

Timor alius est mundanus, alius servilis,
alius initialis, alius filialis. Munda-
nus est timor per quosdam quo bonum dimit-
timus vel malum agimus retenta tamen
bona voluntate pro pudore alio-
rum ne viles habeamur, qui per eosdem et hu-
manus dicitur. Secundum vero cassiodorum mun-
danus timor est quo timemus pericula
carnis vel perdere bona mundi pro-
pter quod delinquimus. Et iste timor
malus est. Et in primo gradu cum mun-
do deseritur. Quem dominus prohibet di-
cens: nolite timere eos qui corpus occ(idunt).
Servilis quo per potestatem cohibetur manum a
malo opere retenta voluntate
mala. De quo potest queri an sit do-
num spiritus. Quod si est bonus est, sed videtur
malus cum propter penam faciat servire.
Solutio. Iste bonus est bonum huius effectum
scilicet cohibere a malo opere. Hoc autem quod
mala voluntas remanet non est ex
ipso sed ex vitio hominis. Secundum alios
timor servilis est quo timetur gehen-
na. Quo fit bonum sed non bene, qui dicitur
initialis per potestatem et per ... secundos est
initium sapientie qui preparat locum sapientie

et ducit ad caritatem. Unde dicitur et alio modo ti-
mor initialis cum quod durum erat in-
cipit amari. Et iste est qui medius inter
servilem et filialem aliquid huius deditque.
Secundum utramque sententiam filialis
timor est non quo timet penam sed ne
tardet sponsus vel discedat, ne offen-
damus, ne deo careamus, qui comes est perfec-
tionis.

Quis horum timorum fuit in Christo so-
let queri. Quod autem mundanus cum sit
malus non fuit constat. Similiter nec servilis
vel initialis cum nec possit esse imper-
fecta caritate. Ergo vel filialis vel nul-
lus videtur esse in illo. Sed filialis est quo
timemus offendere, sed numquam Christus offendere
vel separari timuit. Solutio. Filialis
timor fuit in Christo non per effectum quem habet
in presenti in nobis, sed per illum quem habet in
angelis vel habebimus in futuro in sanctis,
scilicet per reverentiam que est mixta cum subiec-
tione dilectionis. Unde apostolus: et exaudi-
tus est pro sua reverentia.

Item. Nonne est timuit penam, scilicet mortem,
unde cepit ihesus pavere. Quo ergo timore?
Numquam filiali cum nullus alius fuit in eo.
Solutio. Timore nihil cepit pavere qui non est
contemptus in predicta opere, quod est in bonis
et malis est, qui dicitur naturalis. Non quod cum non sit
concretus sed ex corruptione
quadam venit, quam cum ceteris penalitati-
bus Christus suscepit. Timor servilis
datus est in lege. Sed timor servilis secundum Aug.
est quo timetur gehenna. Ergo timor ge-
hennalis datus est in lege, sed non gehen-
nalis cohibet non solum manum sed et animum.